

## Q. B. V

Etsi haec, quae Anacreonti Teio etiamnunc a multis tribuuntur, carmina inde ab anno sexto, et septuagesimo, huius saeculi usque adhuc tot sunt editores, atque interpretes, naepta, quo nullis facile aliis nec summorum Graeciae poëtarum carminibus multo, et grauioribus, et utilioribus, per aequa paucorum annorum spatium contigere: at nullus tamen eorum assequutus esse nobis, nedum superasse, Henr. Stephani, Taneguidi Fabri, et Iosuae Barnesii, in poëtam merita videtur. Nam Bruncquius quidem, qui haec odaria Argentorati ter edidit, primum in *Analectis* veterum poëtarum Graecorum,<sup>1</sup> iterum separatim biennio post, tertium ante hos septem, sexque, annos, sensis denis, per pauca sane attulit, quibus intelligentia eorum adiuuaretur, et in constituendo textu Graeco ipso fere sequutus est coniecturas Salmasii, Lennepii, aliorumque, ita, ut mirandum neutiquam sit, eum in tertia eius recensione alias nonnullorum locorum lectiones substituisse pro iis, quas in secunda recepisset in ordinem,<sup>2</sup> ne  
a 2 que

1. P. r. p. 79. — 119. Argent.  
A. C. 1776. octonis.

2. Ut odar. 10, 8. 15, 3. f. 18,  
1. 15. 22, 5. 23, 1. 23, 3. 4. 53, 3.